The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paupertas r
cum uariis

Paupertatis sunt tres species. Sunt enim quidam qui rebus temporalibus egent sed inuiti, et hec uocari egestas solet. Egent enim rebus et egent bona uoluntate qua dicius nichil esse potest. Sunt alii qui rebus habundant, sunt tamen pauperes spiritu, et hec est aurea paupertas quia licet affluant diuicie, corda tamen nolunt apponere. Tercia est mediocritas quam philosophi uocant frugalitatem que est paupertas uoluntaria.

Hugo de claustro anime libro I. capitulo IX.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

sunt tres] tres sunt C P V^1 V^2 L^1 L^2; egent enim] gentur B; paupertas *om.* C P V^1 V^2 L^1 L^2; capitulo IX. *om.* C